

Quis furor est atram bellis arcessere¹ mortem ?

Inminet et tacito clam venit illa² pede.

35 Non seges est infra³, non vinea culta, sed audax

Cerberus et Stygiae navita turpis aquae ;

Illic percussisque genis ustoque capillo

Errat ad obscuros pallida turba lacus.

Quam potius laudandus hic est, quem prole parata

40 Occupat in parva pigra senecta casa.

Ipsae suas sectatur oves, at filius agnos,

Et calidam fesso⁴ comparat uxor aquam.

Sic ego sim, liceatque caput candescere canis⁵,

Temporis et⁶ prisci facta referre senem.

45 Interea Pax arva colat. Pax candida primum

Duxit araturos⁷ sub juga curva boves,

Pax aluit vites et sucos condidit uvae⁸,

Funderet ut⁹ nato testa paterna merum,

Pace bidens vomerque nitent—at tristia duri

50 Militis in tenebris occupat arma situs—

1/ Le verbe *arcessere* est l'attribut du sujet *quis furor*.

2/ *Illa* [*Mors*]

3/ *Infra* = sous la terre

4/ [*Ei*] *fesso*

5/ *Canis* [*capillis*]

6/ *Et temporis prisci*

7/ *Araturos boves* : participe futur ; les boeufs destinés aux labours

8/ Sous-entendre [*in amphoris*]

9/ *Ut funderet*